



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsiones Doctoris Thomae Murner, contra Vlrichum Zwinglium, &  
omnes doctrinae suae adhaerentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

PROLOQVIVM  
CONCLVSIONES DOCTORIS THOMAE

Murner, contra Vlrichum Zwinglium, & omnes  
doctrinæ suæ adherentes.

Conclusio prima. In sacramento unionis corporis & sanguinis domini nostri Ihesu Christi, Christū saluatorē sub utraq; specie præsentem credere, adorare, uenerari, idolatriæ censeri non potest, ob diuinas literas illud docentes. Neq; furti ac cusari debet, populū una specie (panis uidelicet) cōmunicās, quasi uini speciem a Christi plebecula furtim abstulisset.

Conclusio secunda. Nullis sacris literis p̄b̄ari potest, quicquid in bonis fortunæ seu personæ proximi, absq; sententiâ & solo facto, aufertur, alienat, atq; tentatur, quocunq; etiã pietatis, reformationis, fidei & religionis titulis prætextetur. Sed censetur id omne iniuria, famose, & improbe gestum.

Et qm̄ ad hæc respōsurus non ciuilit̄er, sed criminaliter, & p̄ iniuriã accusatus fuerim, neq; uolo, neq; debeo respōdere cuiq;, sed nec ipse quēq; accusare, nisi in scriptis.

Thomas Murner ordinis minorū, sacrarū literarū, & utriusq; Iuris doctor, pp̄ria manu.

Ipsa die lunæ, quæ erat xxi. Maij, posteaq; diuina officia laudabiliter completa fuerant, congregati sunt uniuersi, & religiosi & seculares, intranei & extranei in ecclesia Badēsi, sicq; in præsentia & assidentia oīm doctorū uiroꝝ, etiam quatuor præfidentū & duodecim cantonum Heluetiorum, seu confœderatorum, una cum dilectis nobis iunctis confœderatis consulum nuntijs, nominatim

De Berna dño Caspar de Mulinen equite aurato, consule.

De Lucerna Iohanne Hug antiquo Sculteto.

De Vrania Iodoco Blatteli, consule.

De Schwitz Egidio Richmūt antiquo terræ Ammanno.

De Subsyluania Nicolao Halter, antiquo terræ Ammanno.

De Zug Caspar Schell magistro bursa.

De Glaris Marco mad Ammanno terræ.

De Bas

HELVETIORVM.

De Basilea Adelberto meyer, ciuium Magistro, & Urbano de Brunnen, consule.

De Friburgo Theodorico de Engelsperg Sculteto, & post eius recessum Iohanne Gugelberg consule.

De Solodoro Petro Hebolt antiquo Sculteto.

De Schaffhusen Iohanne Ziegler, ciuium magistro, & post eius recessum Iacobo Mürbach consule.

De Appenzel Ammanno Ysenhüt, & Henrico bwinan.

De Abbate S. Gallolno Iacobo Stapffer equite aurato, dñi Abbatís magistro Curia, qui in praesidentem electus fuerat.

De ciuitate S. Galli Casparo Zollkoffer, & Andrea Müller ambo uiri consulares.

(ciuium magistro.)

De Mülnhusen ab initio scriba ipsorum, post eius recessum eorum

Et in praesentia adhuc plurium aliorum intraneorum & extraneorum, & coram uniuersis, apertis ianuis (nam omnibus auscultandi fuerat concessa facultas) ibi doctor Iohannes Eckius, & ex opposito eius contra eum doctor Iohannes Huschin, parochus & praedicans ad S. Martinum in Basilea conscenderunt, praesentemque disputationem exorsu sunt.

Adhuc etsi inter dicendum ac respondendum disputantium aliquando euenit ut proprio motu praesidentes interloquerent, & aliquando ex dominorum confederatorum consulum nuntiorum mandato, prout necessitas ipsa postulabat, ad moderandas & tollendas superfluas & uagas circumloquutiones & iniurias ab utraque parte factas & illatas. Similiter & ab utraque parte uerba dicta sunt, quae scriptis mandari & committi nolebant, omnia illa intermissa sunt, ne per ea praesentis disputationis & nucleus & fundamentum obnubiletur, erraretque. Sed id solum quod ab utraque parte bonis & intelligibilibus uerbis in calamus loquuti sunt fideliter hic per notarios conscriptum est, omnique die collationatum & actum iuxta tenorem praepositae, affixae ordinationis.

Sequitur tenor actus per notarios conscriptorum, nihil omnino addito, de uerbo ad uerbum.